

# Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Io. Rvdolph. Engav Ivrivm D. & P.P.O. In Academia Ienensi  
Elementa Ivris Criminalis Germanico-Carolini**

**Engau, Johann Rudolph**

**Jenae, MDCCXLVIII.**

**VD18 12413879**

Tit. I. De Legibvs Criminalibvs Germanicis Earvmqve Origine Fatis Et Vsv  
Hodierno.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-10011**

ELEMENTORVM  
IVRIS CRIMINALIS  
GERMANICO-CAROLINI

LIB. I.

TIT. I.

DE

LEGIBVS CRIMINALIBVS GER-  
MANICIS EARVMQVE ORIGINE FA-  
TIS ET VSV HÖDIERNO.

§. I.

In rebus criminalibus antiquitus fuerunt <sup>Mores suos</sup> mores genio populorum germanico-  
rum conformes. Sic *publicatae pudicitiae*  
nulla uenia dabatur, & *adulterii pœna* præ-  
fens erat maritisque permiffa a); *inimici-  
tias* fufcipiebat, fufceptarumque compo-  
fitionem recipiebat tota familia b); *homi-  
cidia* armentorum aut pecorum nume-  
ro c), *militaria* uero *crimina* morte expia-  
bantur d); nullam infamiam habebant *la-  
trocina*, quæ extra fines cuiusque ciuita-  
tis fiebant e).

§. II.

Quos mores olim oretenus, & qui <sup>ab initio</sup> ab initio  
dem, quod quibusdam f), non tamen <sup>carminibus</sup> carminibus  
omni-

A 4

- a) TACITVS de M. ibique DITHMARVS.  
G. c. 19. e) CAESAR de B.  
b) IDEM c. l. c. 21. G. VI, 23.  
c) IDEM c. l. f) CLVVER. germ.  
d) IDEM c. l. c. 12. antiq. p. 177. feq.

omnibus *g*), uidetur, carminibus tradebant Druides, apud quos disciplinæ causa magnus adolescentium concurrere solebat numerus *h*).

\* Inde cognoscere potes (1) rationem, cur lex germanis dicatur *Gesetz*, *Wise*, HERT. *notit. uet. germ. popul.* p. I. c. 4. p. 53. REIMMANN *hist. liter. germ.* p. II. p. 77. (2) quid ansam præbuerit frequenti parcemiarum rythmicarum in Germania usui.

## §. III.

post literis  
mandabant  
Germani.

Postea uero gentes illæ germanicæ, quæ sedibus apud Romanos quæsitis, nouitatis studio regebantur *i*), patrios mores Romanorum institutis adauctos in scripturam redegerunt; contra, quæ in Germania confederant, aut sedes uacuas occupauerant, primum cogitarunt de moribus patriis retinendis sancteque seruandis *k*), & succedente demum tempore, de iisdem in scripturam redigendis.

## §. IV.

Vnde leges  
natæ.

Leges his temporibus natæ, *Salica*, *Ripuariorum*, *Alamannorum*, *Baiuuariorum*, *Burgundionum*, *Frisionum*, *Saxonum* &c. de quibus alibi disputauimus *l*), uariant nimis, omnes tamen (1) antiquorum morum uestigia continent, dum u. c. in crimina milita-

*g*) BVNAV §. und orig. & nat. LL. Germ. N. Historie p. I. lib. I. period. 2. §. 5. Vol. I. p. 54.

*h*) CAESAR de B. G. VI, 13. *k*) b. HEINECCIUS *hstor. iur. lib. 2. §. 30.*

*l*) *Elem. Iur. Germ. diff. procem. §. IV - XI.*

litaria capitales, in pleraque communia pecuniarias ac certo solidorum numero definitas pœnas statuunt; (2) uariorum institutorum, quæ adhuc supersunt hodie, tradunt natales; (3) natiuitatem conditionemque delinquentium respiciunt; (4) admodum breues sunt & nimis speciales; (5) puniunt iniquitatem, malitiam in foro agentium, & quædam alia, quæ hodie manent impunita; (6) grauiores sunt, ex quo Reges Christiani illas auxerunt emendaruntque; (7) homicidium a *murdrido* distinguunt; (8) purgationes uulgares probant *m*).

§. V.

In *Capitularibus*, quæ iam memoratas leges (§. pr.) sequebantur, pauca iuris criminalis principia continentur, eaque, quibus satis docemur, Reges Francorum plerasque pœnas ex imperii conditione exasperasse, & effecisse capitales *n*).

Capitularia  
eas subsecuta

§. VI.

Extincto stemmate Carolingico, manibus germanorum exciderunt tam leges illæ antiquæ (§. IV.) quam Capitularia (§. pr.), & ius criminale cœpit moribus niti, huic & illi tantum cognitis, nec non regulis fere omnibus\* destitui. Quo factum est, ut ius incertum redderetur du-

ubi auctoritate exciderunt, germania regebatur moribus,

A § bium-

*m*) HOFFMANN. c. l. *risprudentiæ Crimin. German. §. 33. seq.*  
*p. 24. & prænot. de orig. man. §. 33. seq.*  
*progressu & natura In-* *n) Id. c. l. §. 37.*



biumque, immo relinqueretur arbitrio iudicum scabinorumque, qui adfectibus indulgentes mores sæpe probabant pessimos, ut non nisi rabie, iniustitia & atrocitate sententiarum celebrarentur o).

\* Exigui enim numeri suspectæque fidei sunt constitutiones, quas Henricus II. aliique Imperatores tunc temporis promulgasse dicuntur. V. b. BRUNN-QUELL, *hist. iur.* p. IV. c. 4. §. 7.

## §. VII.

quos in exilium agere uolebat pontifex,

Vt ne mores penitus in exilium ageret decretales in publicum edens pontifex; eos collegerunt speculatores, & nouis legibus p) aut concessis priuilegiis q) quandoque corroborarunt reges & imperatores.

## §. VIII.

ast seruauerunt specula,

*Specula*, licet hodie tantæ non sint auctoritatis, quantæ fuerunt olim, tamen non omni destituuntur usu, dum quorundam delictorum naturam, iudicum & scabinorum qualitates, purgationes uulgares, constitutionem iudicii criminalis &c. referunt.

## §. IX.

o) THOMASIVS *de BEC. Bibl. Cas. Vindob. ortu & progr. iudic.* II, 8. p. 235. seq. *Westphal. DATF de P.* P. IV, 4. seq. q) THOMASIVS *de occasione, conceptione & intentione C. C. C.* §. 24. 29. 31. 37. KOPP. *histor. iur.* p. V. §. 7. DATF *de P. P. I, 1, 79. IV, 2, 47.* p) WERLHOF *iur. enucl. quo in foro Germani utuntur. proœm.* c. 2. §. 8. p. 163. LAM-

§. IX.

Sec. XIV. XV. quibus mores patrios alii, alii peregrina iura illos damnantia sequebantur, magna iuris criminalis confusio orta, & uaria immo arbitraria pœnarum determinatio in usum deducta est, quam una cum clandestinis accusationibus & condemnationibus aliisque abusus, qui in criminalia iudicia irreperant, iis præsertim, quos status imperii fere omnes taxauerant, & aliqui impetratis privilegiis Cæsareis passim abrogauerant, ubique post alios Imperatores r), quod equidem scio, tollere tentauit MAXIMILIANVS, de ordinando iure criminali maxime sollicitus. Ut uero crederem, quod idem ille ordinationem aliquam perfecerit, perfectamque Ordinibus imperii primum in Comitibus 1495. habitis exhibuerit, iterum Coloniae 1505. proposuerit, & sic, quam GEORGIVS, Bambergensis Ep. exscriberet, fecerit dederitque; argumenta, quæ attulit b. KRESSIVS s) plene non efficiunt t).

Receptis peregrinis iuribus confusio orta, quam tollere tentauit Maximilianus,

§. X.

Constitutionem illam Criminalem, quæ cum Bambergensi An. 1508. edita, 1510. 1531. sæpiusque recusa, & Brandenburgensi

sed demum sustulit Carolus V., per constitutionem

r) b. STRVV. hist. iur. c. IX. §. 20.  
s) præf. comment. in Const. Crim.

t) V. C. BOEHMER Elem. Jurispr. Crim. sect. I. §. 16. HOFFMANN c. l. §. 47. seq. suam criminalem, cuius promulgatio,



gensis A. 1516. promulgata, in omnibus fe-  
re capitibus conuenit, statibus imperii ite-  
rata uice exhibitam u) post protestationes  
ab Electore & Ducibus Saxoniae, Electore  
Brandenburgico, Palatino, aliisque inter-  
positas x), & mutationes in formula fa-  
ctas, in Comitibus Ratisbonensibus An.  
MDXXXII. tanquam legem uniuersalem  
publicauit CAROLVS V. addita tamen  
clausula: Doch wollen wir durch obbemelde  
Ordnung Chur-Fürsten, Fürsten und Stän-  
den an ihren alten, wohlhergebrachten, recht-  
mäßigen und billigen Gebräuchen nichts be-  
nommen haben y).

§. XI.

auctoritas,

Vnde constat, quod legem reuera uni-  
uersalem, in aeternum in omnibus germa-  
niae prouinciis ualituram, qualem intende-  
rat z), non publicauerit Carolus; sed  
eam, quae in tantum ualeat, in quantum an-  
tiqui prouinciarum mores non obstant a),  
& recentiores leges nihil noui introduce-  
runt. Hinc hodie praeter Episcopatus *Her-  
bipolitanum* b) & *Monasteriensem* c), Co-  
mitatum *Solmensem* d) uix una erit al-  
teraue

u) R. I. Wormac. 1521. §. 17. Spirens. 1529. §. 32. August. 1530. §. 97.	a) KRESS. c. I. §. 35.
x) KRESS. c. praef. §. 20. seq.	b) KIRCHGESNER tribun. Nemes. iuste iudic. p. 197.
y) C. C. proem. c. f.	c) Münster. L. G. O. p. III. Tit. 1.
z) a. C. C. art. 140.	d) Solm Ger. und L. O. p. I. tit. 40. §. 5. 7.



terae provinciae, uel urbs imperialis, cui suae particulares non sint leges, & quidem a constitutione Carolina saepe dissentientes e).

\* Ex antiquis plerasque sub titulos redegit SAVARIVS fascic. Constit. de pœnis. Utinam alius recentiores leges, quotquot in singulis Germaniae territorii sunt editae, una cum mandatis et rescriptis, colligeret.

§. XII.

Perfectam omnibusque numeris absolutam non esse Carolinam Nemefin: illud est, quod iamdudum obseruarunt eruditi, in naevis habentes, ibi (1) articulos, eos praesertim, qui modum in foro procedendi tradunt, nullo positos esse ordine; (2) quaedam inutilia dici, & (3) alia notatu digna praetermitti; (4) lectorem saepe ad ius commune, & (5) quandoque ad ea, quae in praecedentibus articulis sunt rescissa, legari; (6) uariorum criminum pœnas non determinari, sed prudentum arbitrio relinqui, &c. f). Quae licet ita sint, tamen non est, cur cum OLDENDORPIO g) statuas: unicam legem RESPICIENDVM h) multo plus facere, quam totam constitutionem Caroli V.

§. XIII.

Qui in Constitutionem Criminalem Caroli commentatores notentur.

e) HOFFMANN c. BOEHMER c. l. §. 23. prænot. §. 58. seq. g) action. forens. cl. VI. f) KRESS. c. l. §. 26. h) II. ff. de pœnis.

rolinam commentati sunt, uti nominibus ita eruditione & operis præstitis differunt. Eam enim binis tantum uel trinis uerbis illustrat REMVS *i*); cum Iure Romano conferunt VIGELIVS *k*), STEPHANI *l*) & GRASSVS *m*); magis exornat quam explicat ZIERITZ *n*). Porro praxin tantum Ducatus Brunsvico-Luneburgici docet BVLLAEVS *o*); articulos 103., eos scilicet, qui ad processum criminalem pertinent, enucleatos sistit MANZIVS *p*), ius Bauaricum cum Carolino quandoque conferens; nihil utilitatis præstat OTTO *q*) uulgaria tractat BLVMBLACHER *r*); iura patria ignorat CLASEN *s*) in adnotando nimis parcus est LVDOVICI *t*); ad mores Austriæ fere solos attendit FROE-  
LICH

*i*) *Nemesi Carolina paraphrasi exposita & scholiis aucta.*

*k*) *Constitut. Carol. publicorum iudiciorum in ordinem redactis.*

*l*) *constitut. publicor. iudicior. Caroli V., cum iure communi collat.*

*m*) *collat. I. Ciu. Ro. cum Rec. Imp. speciatim Ordin. Crimin. Caroli V.*

*n*) *not. & obseruat. nomico-politicis ad C. C. Caroli V.*

*o*) *annot. remission. & obseru. pr. in Const. Crimin. Caroli V.*

*p*) *comment. ration. in C. C. Carol. V.*

*q*) *Corpore I. Crim. Caroli V.*

*r*) *comment. in R. Karls des V. Peinl. & G. O.*

*s*) *comment. in constit. crimin. Caroli V.*

*t*) *not. in Caroli V. Constit. Crimin.*

